

Ms

dominica

in octava

pasche tit

14 Ms

Nh
1236



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

De 7.

T.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.



^{XXII}
DISPUTATIO

De

CONFICIENDIS
TESTAMENTIS.

Q V A M

D. O. M. A.

In illustri Gymnasio Servestano
SVB PRÆSIDIO

Clariss. viri

Dn. WOLFGANGI AMLINGI
I. V. D. ET IBIDEM INSTITVTIO-
NUM PROFESSORIS
P V B L I C E

Ad diem 20. Iunij exercitij gratia pro virili defendendam
suscepit hora 7. matutina;

IOANNES BOBBIVS, CO-
thonus, Anbaldinus.



SERVESTÆ
Typis Iohannis Schlerij, Anno clc Ioc IV.



ILLVSTRISSIMIS ET GE-
nerosissimis Principibus ac Dnn.

DN. IOANNI GEORGIO,
&

DN. RVDOLPHO,

*Principibus Anhaltinis, Comitibus Ascania, Do-
minis Servesta & Bernburgi, &c. Dominis
suis Clementissimis;*

Subiectissimè offert
& consecrat

Ioannes Bobbius
auct. & Respondens.





DE TESTAMENTIS.

l.

A Rdua & nobilis testandi materia quo
jure sit introducta, altercantur Dd.
Nos re ipsa ortu habere à jure gent. (a);
nomina autem & solennitates, hoc est FOR-
MAM à jure civili (b) adinventam esse
statuimus.

(a) Genes. 27. v. 28. & 50. v. 24. arg. §. singulorum. 11. Inst.
de rer. divis. Quia hoc indicant historici, imprimis Plutarch. in vi-
ta Solon: Formam testamenti Aristotelis recitat in vita eius Laerti-
us; in quo puella, si prius moreretur, quam nuptui esset collocata,
vel deinceps sine liberis, Nicanorem substituit, Cic. 3. de fin. Con-
firmatur idem l. 13 §. 2. ff. de militar. test. Et antiquissimis tempo-
ribus simplicissimam & liberam testandi rationem in usu fuisse si-
ne ullis solennitatibus, apparet ex l. 12. tab. qua ita cautum fuit:
uti quisque rei suae legasset, ita ius esto. l. 120. de V. S. VVe-
senb: n. s. in paratit. de testam.

(b) Quia d. l. 12. tab. & alia licentia & libertas naturalis mul-
tipliciter per leges latis coangustata, & suis solennitatibus termi-
nata est d. l. 120. VVes. parat. n. 8. h. t. Hack. quaest. illust. disp 16. th.
1. lit. B Schn. in rubr. n. 14. d. testam. Vigl. in §. 2. n. 4. §. 6. d. testam.
ordin dilucidè Covar. 3. var. resol. 6. n. 7. Cuiac. ad l. 1 ff. qui test. fac.
poss. ubi dicit se probare sententiam Theophili, qui testamentum
iuri gent. ascribit in tit. de I. N. G. & C. Treut. D. 10. thes. 1. lit. B p. 2.

A 2

Vult,

Vult. § 1. n. 1. Inst de test ordin pag. 262. Dissent. Vasq. lib. 1. d. suc-
cess § 1. n. 3. n. 9. Bronch. 3. *ÉPART.* 20

II.

*Est autem testamentum, quod Ictis à te-
statione mentis (a) appellatur, voluntatis no-
stræ iustæ (b) sententia de eo, quod quis post
mortem suam fieri velit.*

(a) pr Inst d. testam ord. Ridet post Gell. 6. noct. atticar. 12.
Laur Valla lib. 6. eleg. ling. lati. c. 36. hanc nominis notationem;
Sed meminisse debuerant, Ictos imitando Stoicos in nominum
notationibus, non tam spectare verba, quam rem ipsam, non tam
derivationem, quæ Grammaticè ex verbis, quam quæ iuridicè ex
re ipsa sumatur. Cuiac. 11. obser. 37. Vult Inst h. t. Semper enim stu-
dent nomina rebus congruentia facere. § pen Inst. d. donat. hinc &
donatio dicta est à dono, q. doni datio. l. 35. §. donatio. ff. d. don.
mor. ca. & Cic. 1. offic. fides à iustitia VVel parat hic. n. 3. verbum
mentis hic adiectum est explicandæ rei gratia, & ad differentiam
aliarum testationum. Petr. Gregor. Tholos. in Syntag. iur. univers.
lib. 42. c. 2. n. 3. Vult. l. R. lib. 1 c. 73. n. 5.

(b) Modestinus l. 1. ff. qui test. fac. poss. cum qua definitione cõ-
venit illa Vlpiani in fragm. tit. 20 quia per iustam sententiam in d.
l. 1. intelligimus solennem, & integram, & secundum leges con-
formatam sententiam, cuius contrarium est iniustum, id est, quod
solennibus caret d. tit. 20 & l. 4. ff. qui test. fac. poss. Et hæc inter-
pretatio placet Viglio. h. t. § 1. n. 29 & seq. Myns Schn. sub rubr.
Hack. q. ill. disp. 15. th. 1. lit. C VVel. in paratit. n. 7. h. t. Alhus. in l.
R. lib. 1. c. 18. Petr. Greg. Tholos. in Syntag. iur. d. c. 2. n. 7. & 8. ibi:
Iusta erit, quæ iure & bene fit c. ius dictum est, d. V. S. § 1. Inst d.
nupt. l. si uxor sit d. adult. Neque subsistit dispositio, quæ adver-
satur rationi & legibus c. fraternitatem d. sepultur. l. nemo potest &
l. si quis inquilinos. 112. § fin d. leg. 1. Nec propriè testamentum
dicitur, nisi iure perfectum. l. 2. § 1. quemad. test. aper. Nec ab hac
definitione secundum Vigl. ad rubr. d. testam. mil. n. 1. excludimus
testamentum

testamentum militis, IVSTVM quidem, sed non SOLENNE, ut ille vult. Sed non ignorandum est, etiam in testamento militari solemnitates intervenire debere, adeoque SOLENNE dici posse: quia ad solemnitates non modo referuntur testes; sed etiam hæredis institutio. l. 1. in fin ff d vulg. & pupill qui etiam in militis testamento requiritur: Et Dd. testamentum militis non vocatur NON SOLENNE, sed MINVS SOLENNE. Vult. I. R. lib: 1. c. 73 n. 14. pag. (mihi) 294.

III.

Testamenti istius factio iuris publici, an privati sit? disceptant Dd Jacob. Revard, (a) Cuiac (b): Nos huic calculum adjicimus.

(a) lib. 5. var resol c 12. qui putat Tribonianum notis l 3. ff. h. t. deceptum contra mentem Papiniani testamenti factionem publici iuris statuisse. Cum enim Papin. ita scripsisset: TESTAMENTI FACTIO N. P. sed P. I. est, ita vertere debuisset; NON PVBLICI, SED PRIVATI IVRIS EST; ipse sic vertit; NON PRIVATI, SED PVBLICI IVRIS EST. Quia ius publicum nil aliud est, quàm quod ad statum rei Romanæ spectat. § ult Inst. d. iust. & iur. & l. 1. § 2. ff. eod. At testamenti factio utilitatem singulorum spectat, ut ius privatum.

(b) ad d. l 3. per expressum textum interpretatur, ius faciendi testamenti iure publico, & à legibus tribui; non privata voluntate. Hinc pater, ut maximè velit, non potest filio concedere testamenti factionem l. 6. ff. qui test fac. poss. & pr. Inst. quib non est perm. fac. test quia ius pub. requirit, ut is qui testatur, sit liber & paterfam. Et facit huc l. Paulus 47 § patroni. ff. d. bon. liber. Vult. I. R. lib. 1. c. 73. n. 21. pag. (mihi) 284.

IV.

Hinc duo genera principalibus rescriptis corroborata hodiè ius civile agnoscit, paga-

A 3

num

*num (a) & militare (b) utrumq; hodiè (c) fit
per scripturam (d), vel per nuncupationem (e).*

(a) §. sed cum paulatim. 3. §. fin. Inst. d. test. ord. l. hæredes. 21. ff. qui test. fac. poss. l. patris. 20. in fin. ff. d. vulg. & pupill. l. hac. consulti-
tissima. §. C. qui test. fac. poss. Donel. 6. com. 4. Et paganum vulgò de-
finiunt, quod fit à paganis, h. e. quod præcedente solenni ritu, se-
cundum regulas iuris fit ab illo, qui testamenti factionem habet.
l. fin. C. de inoffic. testamentis l. 4. C. qui test. fac. poss. l. 3. 4. C. d. test.
Nov. 22. c. 2. Cuiac. 8. obs. 32.

(b) Per pr. & §. 1. Inst. d. mil. test. Quod intellectum etiam vo-
lumus de nostris militibus; quia enim hodiè nostrorum militum
ob armorum occupationem, eadem ignorantia iuris (ita ut eadem
sustineant pericula), idemque pub. belli finis, propulsatio nim. ho-
stis, vel recuperatio rerum ab hoste ablatarum, idem quoque ius
meritò remanere debet. arg. l. 8. ff. d. pub. iudic. Bocer. d. bell. 1. c. 28
Gail 2. obs. 118. n. 1. Imò milites nostri non tantum pro patria vin-
dicanda, pro laribus, sepulchrisque avitis. (ut Romani consuevère)
sed etiam pro sanctissima religione sanguinem animamq; profun-
duut. Vigl. ad pr. Inst. d. mil. test. ibid. Mynsing n. 4. Vaud. 1. quæst.
var. 55. Treut. disp. 10. th. 1. lit. g. p. 2.

(c) quia olim fiebat testamentum calatis Comitibus, ubi præ-
sentia & auctoritas populi loco solennium erat VVes. §. 1. Inst. hic;
per l. 1. & 2. C. qui in Eccles. man. vel in peocinctu ab exituris in
militiam. Cic. 1. de Orat. his abolitis successit testamentum per æs
& libram. d. §. 1. Cuiac. ad l. 1. & 3. eod. VVes. paratit. n. 7. Vlp. frag.
tit. 20. Treut. disp. 10. th. 1. lit. h. p. 2.

(d) Cuiac. l. 21. hic, cuius solennia sunt in §. 3. & seqq. Instit.
hic, adde l. 21. 22. hic. l. 21. C. eod. Treutl. d. disp. 10. th. 1. l. i.

(e) quia solennitatibus testamenti scripti deficientibus, omne
testamentum fit nuncupativum, etiam si in Scripturam redactum
sit. Bart. in l. ult. d. iur. codic. d. l. 21. §. 2. C. hic. §. fin. Inst. eod. Treutl.
d. disp. 10. th. 1. lit. K. p. 2.

V.

*Testamenti factionem habent omnes, qui
non*

*non prohibentur (a): Prohibetur autem fili-
usfam. (b); quem ne quidem de bonis adven-
ticiis, quorum ususfr. ad patrem non perti-
net, testari posse (c), statuere non dubitamus.*

(a) l. 4. 19. hic. arg. l. 12 d. iudic. l. 1. §. 1. d. testibus l. 43. §. 1. d. proc.
c. qualis. distinct. 25. Treut. D. 10. th. 2. lit. B. p. 2. Hack. q. ill. disp. 16.
th. 4. lit. B. & communiter Dd. Diff. vid ap. Hack. d. loco.

(b) quia ii, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi
ius non habent, nisi in casibus, ipsis iure publico concessis, & le-
gibus permissis; pr. Inst. quib. non est perm. fac. test. l. 6. 19. ff. hic l.
pen. C. eod. adde d. l. 2. de legat. 1. Et l. 12. tab. Paterfam. uti super fa-
milia, pecuniave sua legasset, ita ius esto. Ius ergo testandi non ni-
si parentibus à legibus concessum est. Etsi pater consentiat. d. l. 6.
arg. l. 3. ff. eod.

(c) l. pen. C. qui test. fac. poss. Schn. tit. quib. non est permiff.
fac. test. n. 11. Vigl. eleganter. n. 16. 17. ad pr. quib. non est permiff. fac.
test. ibid. Vult. Mynsing Duar. Donell. lib. com. c. 5. & 28. in fin. Ha-
ckelm. q. ill. disp. 16. th. 4. lit. L. & N. Nihil patrocinator Vaudo. 1. var.
quæst. 1. Nov. 117. c. 1. §. 1. quia non loquitur de dispositione testa-
mentaria, sed administratoria, idq; apparet ex textu Græco, qui
non habet *Διοικήσει*, quæ vox ad testamentum refertur, sed *δι-
οικείν*, quod administrare significat. Cuiac. ad d. Nov. 117. Vult. l. R.
lib. 1. c. 73. n. 22. in not. Vigl. ad §. 1. Inst. quib. non est permiff. fac. test.
Vult. ad pr. n. 11. Inst. quib. non est permiff. fac. test. pag. (mihi) 282.
eleganter. Fachinæ. 5. contr. 94. Petr. Gregor. Tholoff. in Syntag. iur.
univers. lib. 42. c. 6. n. 8. l. pen. C. qui test. fac. poss. l. fin. C. d. codicill.
l. pen. ff. d. testam. §. 1. Inst. quib. non est permiff. fac. test. DISS:
Treut. disp. 11. th. 2. lit. A. in not. p. 2. De iisdem tamen, patre cō-
sentiente, in testamento ad pias causas verè testari posse cum VVes.
in pr. Inst. ad hunc tit. n. 7 & Duaren. sub tit. qui test. fac. poss. & alius
statuimus hac ratione; quia testamentum ad pias causas est res spi-
ritualis, quæ iuris civilis dispositioni subiecta non est, c. relatum. 11.
in verbis: **NON SECVNDVM LEGES** extr. de testam. c. licet,
de sepult. in 6. qua constitutione derogatur iuri civili; quia permittit
iudicare

iudicare, i. e. testari pro anima, si consentiat pater, ut eam allegat
Schn. d. t. n. 11. in fin. Duar. VVes. dd. locis. Diss. Vasq. d. success. lib. 3.
§. 22. n. 8.

V I.

*Damnati autem ad mortem an iure civili
testari possint, in diversas sententias eunt Dd.
Neg. Vasq. (a): Affirm. VVesenb. (b). Petr.
Gregor. Tholos. (c): quos salvo aliorum iudi-
cio, sequimur (d).*

(a) 3. illust. contr. 66.

(b) in parat. n. 13 ff. qui test. fac. poss. ubi dicit iure novo ius ve-
rus à Iustiniano correctum, scilicet ut damnato neq; bona, auth.
bona, C. d. bon. damnat. nec libertates Nov. const. 22. d. nupt. §. de-
portati auth. sed hodie. C. d. donat. inter vir. & uxor. auferantur.

(c) In Syntag. iur. univers. lib. 42. c. 8. n. 7. I. quia æquius est,
ne afflicto detur afflictio. 2. quia proximi, filii, & alii promptius im-
pelluntur ad eum, liberandum, quem sciunt in favorem alterius
posse disponere, alioquin negligentes, quod ab intestato ad se ven-
turam hæreditatem putent. 3. Et ne inimici eius hæredes ei fiant,
quem ne aspicere dignarentur.

(d) Quia cessante legis ratione, cessat & ipsa lex. At hodie
ratio legis cessat; quia bona damnatorum hodie non confiscantur.
d. auth. bon. damnat. C. d. bon. proscript. quæ erat prohibitionis
ratio d. l. 8. §. fin. Et hodie inter Christianos non sunt captivi vel
obsides servi hostium, ideo ius testandi illis ademptum non est.
Tholos. d. loco. Facit & huc Const. Elect. 6. p. 7. ubi dicitur:
Das die jenigen/so auch gleich in todtes straff verdammet vnd verurthe-
let/ihrer gûter halben/vnd von allem deme/so sie nach ihrem todt verlassen
werden/Testament machen/vnd in ander wege durch bestendige letzte wil-
len trefftige verordnung auffrichten mögen/jedoch wollen wir damit nit
gemeinet/sondern ausgeschlossen haben/wann die Obelheter nicht allein
zum todte/sondern auch zu confiscation aller ihrer gûter verdammet wer-
den.

Testamen-

Testamentum pagani sive scriptum, ut secundum legum precepta fiat, necessaria est inter alia solennis, & quidem uno contextu (a), idoneorum septem testium (b) rogatio, eorundem subscriptio atq; sigillorum impressio (c): quem numerum septem testium nec tempore pestis (d) remissum esse arbitramur.

(a) § 3 Inst. hic. & quidem non tantum loquentem audire, sed & videre presentem testatorem testes debent, Dd in l. 79. 12. C. eod. & l. 21. ff. hic. quo & illud pertinet, ut omnes, qui ad testandi actum adhibentur, simul maneat, donec suprema contestatio peragitur arg. l. 21. in pr. l. 28. C. eod. Treut. D. 10. th. §. 1. C. p. 2. Petr. Greg. Tholos. in Syntag. iur. univer. lib. 42. c. 5 Vult. I. R. lib. 1. c. 73. n. 31. & seqq. pag. (mihi) 294.

(b) § sed prædicta. 2. & 3 Inst. d. testam. ord. l. 23. qui test. fac. poss. l. 3. ff. und. lib. l. 12. 21 & fin. C. hic. ne videlicet in tam celebri actu quid falsitatis committatur. l. fin. C. d. fideicommiss. Cur autem septem testes adhibeantur neq; plures, neq; pauciores; Vult. ad tit. d. testam. ord. quia Romanis ita placuit; cum quo sentit Forcatidial. 14. n. 8. Aliter Imperator in l. fin. C. d. fideicommiss. ne videlicet quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum: Alias & quidem validas rationes vide apud Covarr. ad c. cum esses d. testam. in 6. Danæ. 2. Eth. Christ. 10. Cuiac. 17. obs. 31. Althus. I. R. c. 19. & alios quam plurimos.

(c) d. § 3. verb. Subscriptionem; & si ipsi scribere nequeant per alium subscribant adeò, ut si testis nomen suum non adscripserit, pro non adscripto habeatur, vel si adscripserit, non tamen signaverit, adhuc idem dicendum l. 22. § 4. l. pen. ff. qui test. fac. poss. d. l. 21. C. eod. Treut. D. 10. th. §. 1. lit. D. p. 2. Vult. I. R. d. c. 73. n. 23. 35. & 35. pag. (mihi) 295.

(d) l. 8. C. d. testam. Sed quidam ita distinguunt: ut si parva pestis sit, septem adhibeantur; si magna & dura, quinque; si testator peste correptus, aut domus eius infecta sit, duo aut tres sufficiant Myns. 1. obs. 96. ubi in Camera ita pronunciatum refert Gail. 2. obs. 118. n. 18. VVes. parat. n. 10. ff. qui test. fac. poss. Schn. ad tit. d. ord. testam. sub rubr. d. solen. testam. n. 16. Vult. ad d. tit. quia tali tempore plurium testium copia haberi nequit.

B

Idem

Idem sentire videtur Petr. Gregor. Tholos. in Syntag. iur univ. lib. 42. c. 5. n. 18. Hæc quidem ita dicuntur, sed ut arbitramur, minus legaliter, quia d. l. 8. aliquid de solennitatibus remittit, sed non numerum testium. Fach. 5. contr. 92. latè & eleganter. Bronch 3. c. 27. Dissent. Vult. I. R. d. c. 73. n. 26. pag. (mihi) 294.

VIII.

Quod testamentum pag^{an}um an quovis alio signo præter annulum ^{et cetera} habentem, signari possit, se torquent Dd. Hottom (a) Duar. (b) Erac. Connan. (c), Et varii varie: Nos, pace aliorum, Connani sententia astipulamur.

(a) 1. obs. 20. eumq; secutus VVes ad § 5. Inst. d. testam. ord. textum. l. ad testium. §. signum. ff. qui test. fac. poss. negativè, ut non tantum annulo, legunt; quam correctionem, cum periculosa, & legem corrigere non interpretis, sed legum conditoris sit, ne interpretandi hac licentia admissa quilibet ex quolibet effingi posset, rejicit Cuiac. 14. obs. 11.

(b) ad rubr. d. testam. an script. h. t. urget verba legis: Et magis est, ut tantum annulo quis signare possit. Statuens Vlpian. alia signa præter annulum excludere; & eam rationem addit, quod character annuli, qui gestari solet in digito, notior omnibus esse potest. Vigl. d. testam. ord. ad § 5. n. 2. Ego, inquit, tutius esse credo, ut annulo tantum signemus.

(c) comm. 2. n. 3. comparatè textum intelligit, ut, si testis duo habet signa, annulo potius, tãquam signo magis noto, quam quopiam alio ob-signare debeat. Et ita d. l. testium 22. intellectam esse arbitramur; quia ridiculum esset, ubi signum benè & commodè impressum in cera vel creta fuit, requirere annulum signatorium; & maxime quia edicta Prætorum & constitutiones nihil amplius requirunt, quàm ut testamentum signetur à testibus § sed eum paulatim. Inst. d. testam. l. 21. C. eod. idq; indicat clausula: dum tamen characterem habeat, Vult. n. 35. Inst. d. testam. ord. pag. (mihi) 270. ubi Connani sententiam approbando recipit. Althuf. I. R. lib. 1. c. 19. ferè in fin. Petr. Gregor. Tholos. lib. 42. c. 4. n. 2. ibi signare est, quando annulo vel aliquo instrumento, habente characterem fit impressio. Dissen. Vigl. in §. possunt. d. testam. ord.

Militare

IX.

Militare (a) deniq; testamentum est dispositio quadam ultima voluntatis, qua sibi miles (b) heredem, ut vult, & ut potest, absq; ullis testibus (c) instituit.

(a) Quod est minus solenne, iustum tamen ex peculiari privilegio. l. ff. hic. unde miles in dubio uti velle censetur iure speciali, non communi. l. 3. ff. eod. l. 2. C. eod. Treut. D. 10. th. 6. lit. A. p. 2. Vult. I. R. lib. 1. c. 7. n. 14. (b) qui in numerum relatus iuramentum militare præstitit. Vigl. ad rubr. Inst. hic. n. 16. & seq. Trent. d. th. lit. B. (c) Prin. Inst. d. mil. testa. & tot. tit. ff. d. testam. mil. quia testamentum militis in terminis turisgen. versatur. l. 13. §. 2. ff. d. mil. test. quo iure in testamentis nulli requiruntur testes. arg. §. sed cū paulatim. Inst. d. testam. ord. E. nec in militis; imò nuda militis voluntas pro testamento observatur, in prin. Inst. d. mil. testa. non potest autem illa nuda voluntas dici, quæ rogationem testium desiderat. Tandem quia adhuc militant rationes, propter quas olim Romani milites fuerunt liberi à stricta iuris civilis testandi ratione, nimirum imperitia & periculum. Itaq; neq; nostris militibus ius illud erit adimendum. Vigl. & VVes. ad d. §. plane. Bocer. d. iur. bell. c. 25.

Ποσειδάων

Gravis & anceps inter Dd. est digladiatio, an matrimonium à liberis, mediante iuramento, promissum, per dissensum parentum rescindis; & liberi ob nuptias, insciis parentibus, contractas, possint exheredari (b)? Nos, an utrumque defendi possit, laborabimus.

(a) Quia iuramentum in fraudem legis præstitum ipso iure nullū est l. non dubium, in fin. C. d. ff. Est enim contra bonos mores, & ideò nō obligatorium c. non est obligatorium d. R. I. in 6. Neq; iuramentum debet esse vinculum iniquitatis. c. quando d. iureiur. Ioachim. à Beust. in tr. de matrim. c. 48 pag. (mihi) 93. latè. Bronch. 3. c. aut. 1.

(b) Et hoc tam de filio quàm filia intellectum volumus: Nov. 115. c. 3. auth. sed si post. C. de inoffic. testam. Bronch. 3. c. aut. 2. Fachinæ. 3. B 2 contra.

contr. 44. eleganter. per l si filiam. C. d. inoff testam. auctoritate textus
in auth. sed si post. C. cod. tit. Diss. videtur Petr. Gregor. Tholos. in Syntag
iur. univer. lib. 9. c. 3. n. 8.

II.

An poena transcendentis muros, etiam cuiusq; civi-
tatis sit capitalis? Neg. Iul. Clar. (a): Affirm. Hottom. (b).
Goedd. (c) & alii; quorum in castra succedimus (d).

(a) lib. 5. §. fin. quæst. 68. n. 25. (b) in § sanctæ. en; Inst. d. rer. div.
(c) in l. 5. n. 17. & 18. ff. de V. S. (d) Quia § sanctæ. Inst. d. rer. divis. lo-
quitur generaliter. Et dicuntur etiam aliarum civitatum muri sancti l.
8. § fin. ff. de rer. divis. quæ ratio est capitalis poenæ. d. § sanctæ. Inst. d.
tit. Schneid in d. §. sanctæ. n. 3. confirmat, quod in bene constitutis &
florentissimis Rebuspub. hæc severitas observetur. Petr. Gregor, Tholos.
in Syntag iur. univer. lib. 35. c. 7. n. 7.

III.

Celebris quæstio est, utrum donatio ob supervenien-
tiam liberorum, extraneo facta, ratione l. si unquam 8. C.
de revocand. donat. possit revocari? Neg. Hottom. (a);
Affirm. Cuiac. (b) Fachinæ. (c); quos sequimur.

(a) 1. amic. respon. 12.

(b) lib. 20. observ. 5.

(c) 3. contr. 85. quia d. l. ratio non consistit in collatione libertatis
liberto à patrono datæ; sed in coniectura paternæ pietatis: verisimile e-
nim non est, eum si de liberis cogitasset, donaturum fuisse. l. cum
avus. ff. d. condit. & demonstr. l. generaliter. §. cum autem

C. d. instit. & substit. Gothofr. ad l. 8. in not.

Bronch. 3. écart. 74.

F I N I S.

Nh 1236

80

f



ULB Halle 3
 002 819 279

an 31 nur verknüpft JA → OL
 H-5 # 40 Stück
 F23

VD 17 Ne





B.I.G.

Farbkarte #13

^{XXII}
DISPUTATIO
De
CONFICIENDIS
TESTAMENTIS.

Q V A M
D. O. M. A.

In illustri Gymnasio Servestano
SVB PRAESIDIO

Clariss. viri

Dn. WOLFGANGI AMLINGI
I. V. D. ET IBIDEM INSTITVTIO-
NUM PROFESSORIS
P V B L I C E

Ad diem 20. Iunij exercitij gratia pro virili defendendam
suscepit hora 7. matutina;

IOANNES BOBBIVS, CO-
thonus, Anbaldinus.



SERVESTÆ
Typis Iohannis Schlerij, Anno cl^o 1704.

26

